

1382 deo Asclepio | T. Iul. Titi filius Fabia | Saturninus procurator | Augustorum dono dedit.

Treviris (Brambach 808).

1383 [Pa]ntheo | Aug. sacrum | T. Iulius | Saturninus | proc. Augu-
stor. | et Faustinae Aug.

Romae (VI 559 descr. Michaelis).

1384 Marti | T. Iul. | Saturninus.

*Lugduni (Boissieu inscriptions de Lyon p. 6). Idem fortasse T. Iulius
Saturninus conductor portorii Illyrici (C. III 4568. 4720 p. 958. V 1864. 5079. 5080)
sub Antonino Pio (C. III 4568), cf. Borghesi opp. 7, 524.*

1385 Cn. Pompeio Sex. f. | Quir. Homullo | Aelio Gracili Cassiano
Longino | p. p. bis leg. II Aug. et leg. X Fretens., | trib. coh. III vig.,
trib. coh. X urb., | trib. coh. V pr., donis donato ab | imp. torq. phal.
armill. cor. aur. | hast. pur., proc. Aug. provinciae | B[ritt]aniae, proc.
Aug. provinc. | duarum Lugud. et Aquit., proc. | Aug. a rationibus, |
heredes.

Romae (VI 1626 vidit Mommsen).

1386 Petroniae | Sabinae | filiae, | L. Petroni Sabini | p. p. bis¹, |
procurator. Augg. | rationis hereditatum, | item provinciae | Narbonensis, |
patron. coloniae, | decuriones.

*Anconae (IX 5898 descr. Smetius aliique). — 1) Primipili bis (de primipilatu
iterato cf. Mo. ad C. V 867 et infra inter inscriptiones militares).*

1387 M. Aquilio M. f. | Fabia Felici | a census equit. Roman.¹, | praef.
cl. pr. Ravennat., | proc. patrim. bis, proc. hered. | patrim. privat.², proc.
oper. pub.³, | praep. vexillat., p. p. leg. XI Cl., | γ fr.⁴, patron. col., ob
mer. eius | Antiat. publ.

*Antii (Nettuno) rep., nunc Romae in museo Capitolino (X 6657 vidit Henzen). — 1) Cf. Mommsen Staatsrecht III p. 490 not. 2 (= II² p. 598 not. 3). — 2) De
munere procuratoris hereditatum patrimonii privati cf. Hirschfeld p. 61 not. 2. —
3) Munere procuratoris operum publicorum, quod alibi non occurrit, Felix videtur
functus esse, cum rationales ad eum darent litteras perscriptas C. VI 4583 b v. 26 seq.,
id est anno 493. — 4) Centurioni frumentariorum. (Aquilius centurio notus cae-
dibus senatoriis, vit. Did. Julian. 5, 8. Pesc. Nig. 2, 6, fortasse hic est, ut monuit
Mommsen Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. 15 p. 539.)*

1388 Sex. Cornelio | Sex. fil. Quir. Honorato¹ Port.², | milit. eque-
strib. | exornato, proc. | sexagenario | prov. Mesopota|miae³, e. m. v.⁴, ex
tes|tament. eiusdem | M. Caecil. Caeci|lianus heres.

*In ora Mauretaniae, ibi ubi sicut Portus Magnus oppidum, rep. (VIII 9760
vidit Wilmanns). — 1) Vixit sub Severo, cf. VIII 9757. — 2) Portumagnensi. —
3) Cum Mesopotamia sub praefectis fuerit, hunc procuratorem sexagenarium res
principis in ea provincia curavisse crediderim (aliter censuit Hirschfeld Sitzungsber.
der berl. Akad. 1889 p. 422). — 4) Egregiae memoriae viro.*